# SECTION A: Verse Literature

## QUESTION ONE

Virgil, *Aeneid* IV. 1-14

**at regina gravi iamdudum saucia cura**
**vulnus alit venis et caeco carpitur igni.**
**multa viri virtus animo multusque recursat**
**gentis honos: haerent infixi pectore vultus**
**verbaque nec placidam membris dat cura quietem.**
**postera Phoebea lustrabat lampade terras**
**umentemque Aurora polo dimoverat umbram,**
**cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:**
**‘Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!**
**quis novus hic nostris successit sedibus hospes,**
**quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!**
**credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.**
**degeneres animos timor arguit. heu, quibus ille**
**iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!’**

Answer ALL of the following questions:

1. Translate lines 1 (**at**) to 8 (**sororem**). (13 marks)

2. What is the role of Anna in *Aeneid* IV? (3 marks)

3. **EITHER:**

   Explain how images and other features of lines 1 (**at**) to 2 (**igni**) anticipate events and ideas that follow in *Aeneid* IV. (4 marks)

   **OR:**

   Identify and explain fully the grammar of: (4 marks)

   **igni** (2)
   **sedibus** (10)
   **pectore** (11)
   **genus** (12)

4. Identify effects of language, sound, and rhythm in lines 1 (**at**) to 14 (**canebat**) by which Virgil conveys the nature of Dido's emotions (do not repeat points from the first part of Question 3 above). (5 marks)

[Total: 25 marks]

**[Turn over**

**QUESTION TWO**

Virgil, *Aeneid* IV. 693-705

**tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem
difficilesque obitus Irim demisit Olympo
quae luctantem animam nexosque resolveret artus.
nam quia nec fato merita nec morte peribat,
sed misera ante diem subitoque accensa furore,
nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.
ergo Iris croceis per caelum roscida pennis
mille trahens varios adverso sole colores
devolat et supra caput astitit. 'hunc ego Diti
sacrum iussa fero teque isto corpore solvo':
sic ait et dextra crinem secat, omnis et una
dilapsus calor atque in ventos vita recessit.**

Answer ALL of the following questions:

1. Translate lines 693 (**tum**) to 699 (**Orco**). (12 marks)

2. Who was Proserpina, and what is the idea to which Virgil refers in lines 698 (**nondum**) to 699 (**Orco**)? (2 marks)

3. What details in lines 700 (**ergo**) to 701 (**colores**) represent Iris as performing one of her functions? (2 marks)

4. **EITHER:**

   Discuss the significance of Juno's intervention here, with special reference to Virgil's description of her as **omnipotens**. (4 marks)

   **OR:**

   Identify and explain fully the grammar of: (4 marks)

   **resolveret** (695)
   **illi** (698)
   **sole** (701)
   **iussa** (703)

5. Scan line 702 (**devolat… Diti**), clearly marking the six feet of the hexameter and the principal metrical caesura. Identify **ONE** metrical feature of the line, and describe the effect this feature produces. (5 marks)

[Total: 25 marks]

**[Turn over**

## SECTION B: Prose Literature

**QUESTION ONE**

Livy, *ab urbe condita*, I. 54,1-4

**1 Inde in consilia publica adhiberi. Ubi cum de aliis rebus adsentire se veteribus Gabinis diceret quibus eae notiores essent, ipse identidem belli auctor esse et in eo sibi praecipuam prudentiam adsumere quod utriusque populi vires nosset, sciretque invisam profecto superbiam regiam civibus esse quam ferre ne liberi quidem potuissent.**

**2 Ita cum sensim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipse cum promptissimis iuvenum praedatum atque in expeditiones iret et dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana adcresceret fides, dux ad ultimum belli legitur.**

**3 Ibi cum, inscia multitudine quid ageretur, proelia parva inter Romam Gabiosque fierent quibus plerumque Gabina res superior esset, tum certatim summi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere.**

**4 Apud milites vero obeundo pericula ac labores pariter, praedam munifice largiendo tanta caritate esse ut non pater Tarquinius potentior Romae quam filius Gabiis esset.**

Answer ALL of the following questions:

1. Translate paragraphs 1 (from **ubi**, line 1) and 2 (to **legitur**, line 11). (13 marks)

2. What opinion of Sextus' actions at Gabii has Livy expressed already? (1 mark)

3. Sextus next asks his father's advice: how, according to Livy, does his father convey that advice, and what is it? (2 marks)

4. **EITHER:**

   Livy describes especially the methods by which Sextus worked psychologically on the people of Gabii to win them over: identify FOUR of them. (4 marks)

   **OR:**

   Identify and explain fully the form or the grammar, as specified, of: (4 marks)

   **adhiberi** (line 1, grammar)
   **essent** (line 3, grammar)
   **praedatum** (line 8, grammar)
   **deum** (line 15, form)

5. Find one example from the passage of each of the following constructions. You must quote the Latin word or words used in the construction, and specify the line number. (5 marks)

   result clause
   partitive genitive
   ablative of description
   indirect question
   infinitive in indirect speech

[Total: 25 marks]

[**Turn over**

**QUESTION TWO**

Livy, *ab urbe condita* I. 60,1-5

**1 Harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus – senserat enim adventum – ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam venerunt.**

**2 Tarquinio clausae portae exsiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra accepere, exactique inde liberi regis.**

**3 Duo patrem secuti sunt qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ultoribus veterum simultatium, quas sibi ipse caedibus rapinisque concierat, est interfectus.**

**4 L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti. Regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor.**

**5 Duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Ser. Tulli creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.**

Answer ALL of the following questions:

1. Translate paragraphs 1 to 3 (**Harum … interfectus**). (12 marks)

2. Where was Ardea, and why, according to Livy, were the Romans attacking the town? (2 marks)

3. Who was Ser. Tullius, and why is he mentioned by Livy in connection with the procedures described in paragraph 5? (2 marks)

4. **EITHER:**

   Identify FOUR of the powers and/or privileges of the consuls. (4 marks)

   **OR:**

   Identify and explain fully the form or the grammar, as specified, of: (4 marks)

   **fieret** (line 4, grammar)
   **tempore** (line 4, grammar)
   **accepere** (line 7, form)
   **annos** (line 13, grammar)

5. Find one example from the passage of each of the following constructions. You must quote the Latin word or words used in the construction, and specify the line number. (5 marks)

   impersonal passive
   dative of person concerned (i.e. of advantage or disadvantage)
   ablative absolute
   locative case
   ablative of cause

[Total: 25 marks]

*End of Questions*